



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. II. De Admisione, & consequentibus ad illam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

## S E C T I O I I.

De Admissione, & consequentibus  
ad illam.

*Præstanda in  
ipsa Admissione.*

I. **P**roximis verò diebus ante suscepcionem Gradus Coadjutoris eadem præstanda, quæ superius Professioni præmittenda expositum est; reddenda scilicet conscientia ratio, mendicandum ostiatim, & per octiduum spiritualia Exercitia ob-eunda. Vide sup. Cap. 1. Sect. 2. Tum constituta die, (de qua supra C. 1. Sect. 2. §. 6. sufficienter dictum est) qui in Coadjutores formatos admittuntur, in Ecclesia, vel sacello Domus, aut alio decenti loco, coram Domesticis & Externis, qui aderunt, in manibus ejus, qui admissurus sit, Votum suum emittent, legentes formulam; quæ eadem est pro utraque Coadjutorum classe: modò detrahas, pro Coadjutoribus Temporalibus, clausulam de puerorum Institutione; quam Coadjutores Spirituales usurpant æquè, ac Professi. *p* Citato Constitutionum loco habes Formulam. Quam si aliquis ex Coadjutoribus temporalibus non queat legere, satis fuerit si prælegentem alium pronuntiando sequatur. *q*

*p* P. 5. c. 4. §.  
1. 2. 3.

*q* P. 5. c. 4. C.

2. Li.



2. Licet autem in admiffione Coadju-  
torum fervandæ fint externæ ceremoniæ  
Profefsionis; & utraque Vota publica fint;  
& in manibus alicujus fieri dicantur: Co-  
adjutorum tamen Vota fimplicia funt, non  
folemnia: quandoquidem intentio emit-  
tentis, & admittentis hæc eft, juxta tra-  
ditam à Sede Apoftolica facultatem.

3. Unde etiam fit, Coadjutorum Vota,  
quoad perpetuitatem attinet, effe condi-  
tionata; quatenus licet, quod in fe eft,  
ipfi fe obligent in perpetuum; nihilomi-  
nus tacita conditio inftit; quamdiu Societas  
eos tenere volet. Nec eft injuftum, fi So-  
cietas libertatem ad eos dimittendos, quan-  
do non faciunt, quod debent, retineat:  
quandoquidem illi, fi id accidat, foluti  
manent: & alioqui facilius eft aliquem ab  
eo, quod debet, deficere; quam Societa-  
tem, vel ejus Præpofitum Generalem:  
quorum tantum erit poffe dimittere; nec  
id fine caufis juftiffimis fieri debet; & gra-  
viores autem caufæ contingere debent, ut  
Coadjutores formati dimittantur; & quod  
fupra indicatum eft Part. 1. Cap. 6. Sect.  
4. & iterum infra explicabitur, ubi de di-  
mittendis, fcilicet Part. 4. Cap. 7. Sect.

1. §. 2.

4. Per eadem tamen Vota Coadjutores  
for-

*Hæc Vota, licet  
publica, non  
funt folemnia.*

r Jul. III. p.  
68. & P. 5 c.  
4. §. 1. & A.

*Sunt aliquate-  
nus conditiona-  
ta.*

Ex c. 6. §. 8.  
& A. & P. 5. c.  
4. B. & Jul. III.  
p. 68. & Greg.  
XIII. p. 226. &  
Greg. XIV. p.  
284.

r P. 2. c. 1. §.  
1. & A.

*Reddunt inca-  
paces Dominii  
& fuffefsionis.*



*u* P. 6. c. 2. §.  
11. 12. & H.  
& Greg. XIII.  
p. 228.

*Nonnulla For-  
matorum obli-  
gationes & ju-  
ra.*

*x.* Ex c. 1. §.  
4. & p. 6. c. 2.  
§. 4.

*y* R. Prov. 74.

*z* Ex. c. 6. §.

5. 6. & p. 5.  
c. 4. §. 5.

*a* Paul. III. p.  
30.

*Specialia Coad-  
jutorum spiri-  
tualium jura.*

*b* C. 21 D. 58. &

R. Prov. 71.

*c* P. 4. c. 10. §.

3. & A.

formati, perinde ac de Professis diximus, redduntur incapaces domini retinendi, aut acquirendi, etiam per hæreditariam successionem; immo nec ratione ipsorum, Domus, Ecclesiæ, aut Collegia ulla succedere possunt. *u*

5. Præterea iidem, æquè ac Professi, excluduntur à Collegiis, Domibusque Probationis, ne sustententur redditibus eorum, exceptis casibus; de quibus supra Cap. 3. Sect. 1. *x* Constituetque Provincialis, ut Coadjutores spirituales formati in Domibus Professis, quantum fieri potest, comorentur. *y* Constituti in hoc Gradu non debent tentare mutationem ad alium. *z* Omnesque sunt participes omnium bonorum operum, & meritorum Societatis perinde ac Professi. *a*

6. Speciatim verò de Coadjutoribus spiritualibus subdendum est 1. quod in formula promittunt de Doctrina Christiana tradenda, licet non inducat novam obligationem, ut superius dictum Cap. 3. Sect. 2. §. 1. nihilominus præscribitur, ut intra annum à suis Votis publicis per 40. dies illam doceant. *b* 2. Ordinariè ipsi debent constitui Collegiorum Rectores. *c* Quatenus autem non possint præesse Professis, expositum est supra Cap. 3. Sect. 2. §. 2. habe-



habeturque citatis locis. *d* 3. Eisdem illis gratias & indulta communicare potest Generalis, quæ ipsi per Sedem Apostolicam concessa sunt. *e* 4. Possunt aliqui ex ipsis evocari ad Congregationem Generalem, & in ea habere jus suffragii activi & passivi, præterquam in electione Præpositi Generalis, & Assistentium; *f* & in Congregatione tam Generali, quàm Provinciali immediatè post Professos trium Votorum sedere debent. *g*

## CAPUT VII.

## De Coadjutoribus Temporalibus.



Nil peculiare occurrit dicendum, pertinens ad Coadjutores temporales; quod dependeat à Votis, de quibus proximè, & per quæ formantur: eorum enim Votorum effectus communes sunt Coadjutoribus spiritualibus & propterea proximè explicati. At multa quidem se offerunt, pertinentia ad Coadjutores temporales, etiam non formatos: cum hanc, licèt infimam, attamen necessariam sibi classem, Societas instituendam, conservandamque peculiari studio, existimaverit: neque alius locus opportunior visus

*d* P. 8. c. 3. A.  
& C. 1. D. 42.  
& C. 3. D. 21.

*e* Paul. III. p.  
30. & 52.

*f* P. 8. c. 3. A.  
& P. 9. c. 5. §.  
3. & For. Con.  
Gen. §. 78.

*g*. Form. Con.  
Gen. §. 60. &  
Prov. §. 15.

*Ratio dicendo-  
rum.*